

1875 Ostiae in episcopio PRIORES. Nuper translata est Romam in museum christianum Lateranense (I, 4); in episcopio Ostiensi extat ectypum gypsaceum.

sic ANICIVS AVCHENIVS BASSVS V C ET TVRRENIA HONO  
RATA C F EIVS CVM FILIIS DEO SANCTISQVE DEVOTI P

Recognovi. Kellermann ms. cui descripserat Scheppig; a Kellermanno Borghesi, unde edita est in Borghesii opp. 8, 200; Perret *Catacombes de Rome* vol. V tab. 39 fig. 131<sup>bis</sup> cum commentario Renieri vol. VI p. 164; P. H. Visconti act. Arcad. vol. 139 (1855) p. 356; C. L. Visconti ms.; de Rossi *bull. crist.* 1866 p. 50, iterum *ibid.* 1877 p. 11 = *omaggio a Pio IX offerto dalle romane accademie* (1877) p. 104.

Anicius Auchenius Bassus, quem proconsulem Campaniae fuisse constat inter annos 379 et 382 (vol. X n. 6656 cf. vol. IX, 1568. 1569. X, 518. 3843. 5651. Orelli 105. C. I. Gr. 2597, cf. Seeck in edit. Symmachi p. XCIII) et cuius reliquos honores enumerat titulus urbanus vol. VI n. 1679, ab hoc fortasse non diversus est.

1876 lapis effossus Ostiae ad s. Herculani a. 1856. Nunc Romae in repositis musei Lateranensis.

instrumentum  
significationis incertae

BASILIDES BI  
CARIVS SABI  
NI DISP · HIC  
DORMIT

Descripserunt de Rossi, Detlefsen, Bormann. P. H. Visconti inscr. Ost. I n. 11, IV n. 16, V n. 17, VI n. 65; C. L. Visconti ms. descripsit mense Febr. anni 1856, edidit *ann. inst. arch.* 1857 p. 339.

*Hic dormit, hic dormiunt* formula extra Ostiam raro obvia in titulis Ostiensibus et Portuensibus legitur plus quadraginta. Christianis tribui has inscriptiones (praeentibus Amatio act. Arcad. 26, 1825 p. 212 et Rossio *spicileg. Solesm.* IV p. 512) ideo quod bona pars ex eis alia quoque certa Christianitatis indicia praebet<sup>1)</sup>, praeterea una excepta n. 1908 omnes solitis notis *D. m.* abstinent.

1) *In pace* additur n. 1887. 1888. 1889. 1897. 1902. 1903. 1904. 1909. 1923. 1928. 1943. 1954. 1956, *depositus* n. 1880; una legitur *cum deus voluerit* vel similiter, quae formula videtur et ipsa esse Christiana (cf. ad n. 1885), n. 1893. 1913. 1915.

1877 fuit in repositis musei Vaticani inter lapides effossos Ostiae circa annum 1825 ROSS. Nunc est in museo Lateranensi (XXI, 15).

CALLIDROMVS · EX · DISP · HIC · Dormit . . . . .  
SIGNO · LEVCADI · ANIMA · BONA · Qui uixit an . . . . .  
TIANVS · AVG · LIB · ADIVTOR · PROC · SVM mi choragii? . . . . .  
ET · SEIA · HEELPIS · FILI · DVLCISSIMI · ET · Valeria . . . . . sic  
5 CRESCENTINA · COIVX · EIVS ·

Descripsit de Rossi.

3 fin. supplevit de Rossi.

1878 Ostiae rep. mens. Febr. 1860. Nunc in museo christiano Lateranensi XII, 17.

FELICA  
dolium IN PACE ·  
IN FIDE DEI  
QVI VIXIX ANIS sic  
5 XXXIII  
PREPO  
SITVS  
MEDIAS  
TINORVM DE MONETA OFICINA  
PRIMA

Descripsit de Rossi. P. H. Visconti act. acad. pontif. XV p. CXI (propositam in conventu sociorum d. 4 Mart. 1860), inscr. Ost. V n. 79.

1 PELICA, dein correctum FELICA. — Monetae publicae officinam fuisse Ostiae initio saeculi p. Chr. quarti et eam quadripertitam constat ex notis MOSTP, MOSTS, MOSTT, MOSTQ, MOSTA, MOSTB, MOSTR, MOSTΔ quae reperiuntur inscriptae numis aeneis imperatorum eius temporis, Maxentii potissimum et Romuli eius filii (Cohen *méd. des empereurs* VI p. 26. 43) sed et aliorum (Cohen V p. 430. 554. 593. VI p. 49. 89); eas enim legendas esse *m(oneta) Ost(iensis) prima, secunda, tertia, quarta* hoc titulo collato apparet. Monuit Garruccius *Civiltà cattolica* ser. X tom. 5 (1878) p. 349.

1879 Ostiae in episcopio.

i | NNOCENT | io?  
presb | YTERO · M |  
| LITATE · IN |

Descripsit de Rossi, vidi ipse. Campana ms. Supplémenta adscripsit de Rossi.

1880 Ostiae in episcopio.

i n n o c e n s o  
h i c d o r M I T Q V I o  
u i x i t . . . . . D X X · III o D E P O  
s i t u s . . . r i c o m E R E E T C L I A R C o a. 384

Descripsimus de Rossi et ego; ille supplevit et edidit *inscr. chr.* 1 n. 352. C. L. Visconti ms.

1881 Ostiae effossa anno 1825. Nunc Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.*) inter inscriptiones christianorum pariete XLVIII.

. . . . . coniu | G I · FELICITATI  
quae uixit an | N I S · XLV · ET · FECIT  
cum marito an | N I S · XIII ·  
i a | B V L A · I P S E T P O S V I T  
5 | A N O V C · C O N S ·

Recognovit ad ectypum. Amati ms. 9750 f. 36; Melchiorri ms.; de Rossi *inscr. christ.* 1, 1166.

1—3 supplevit Rossius. — 4 utrum ET AN EI, non ita certum.

1882 Ostiae effossa a Cartonio. Nunc Romae in museo christiano Lateranensi XXI, 16.

ACCEPTO · S I  
EX I T · F E S T I N A  
R E D E N D O · S V  
D O M I N O

Recognovit Huelsen. Sarti ms.

1883/4 Ostiae in episcopio.

T I L I A · D V  
M I C · D O R M I T  
A L E X A

Descripsimus ego et de Rossi.

1 prima littera mihi videbatur esse τ, Rossio potius F.

1885 Ostiae in episcopio VISC. Nunc Romae in museo christiano Lateranensi XXI, 5.

L O C  
A P H R O D I S I A E S  
C V M D E V S  
P E R M I S E R I T

Recognovi. C. L. Visconti ms. descripsit mense Oct. 1855; ab hoc P. H. Visconti act. Arc. 139 (1855) p. 356.

3. 4 talibus locutionibus (*cum deus permiserit* hic et infra n. 1913, *si deus permiserit* n. 1900, *cum deus voluerit* n. 1915, *quando deus voluerit* n. 1893) Christiani Ostienses usi sunt quotiens vivi nomen titulo sepulchrali inscripserunt. In titulis sepulchralibus urbis Romae eiusmodi locutiones nondum esse repertas adfirmat Rossius *spic. Solesm.* IV p. 513.